¶ Secundo impugnabant eum eiectione
Unde eiicientes eum extra ciuitatem. Con
tra hoc habuit obsequiū dei patris eternā
ei hereditatē exhibendo. unde vidit glori
am dei zc. ¶ Tercio impugnabāt eū pena
rum afflictione. quia lapidabant. Contra
hoc habuit obsequiū filij sibi auxiliantis qz
vidit ihesum stantem. ¶ C. ¶ Circa primuz
nota ꝙ spiritussanctus inhabitabat eū tri
plici effectu qui sunt purgare/illustrare/
accendere/s͡ʒm quos compatur igni. Rab
Ignis materialis purgat/illuminat/et ac
cendit. Sic spiritussanct⁹. Exuret peccata
purgat corda. ignorantiam illustrat. Et sic
habes tres effectus spiritussancti. Qui pri=
mi duo scilicz exurere peccata/et purgare
corda in idem redeunt. Scdm hos inhabi
tabat stephanū spiritussanctus. ¶ Primo
purgando ip̄m a contagione peccati et si
nō mortalis/tn̄ venialis. sine quibus esse
nō potuit. ioh. Si dixerimus qm̄ peccatuz
non habemus zc. Hoc patet ex eo. ꝙ in car
ne corruptibili meruit videre deū et gloriā
dei que tm̄ cordibus mundis concedit s͡ʒm
illud. math. v. Beati mūdo corde zc. Unde
etiā intuentes eū qui sedebant in consilio
viderūt faciē eius tanꝙ faciem angeli stā
tis inter illos p̄ pulcritudine claritatis di^t
glosa. Jam em̄ p̄ferebat claritatē angelo
rum in facie quorū puritatē imitabatur in
corde. ¶ Secundo inhabitauit eum effe=
ctū illuminātie quantū ad doctrinā. Quia
plenus spiritu sapientie et intellect⁹. Lon=
gum et vtilem sermonē texuit in auribus
ꝓsequentiū Et sciens quō deberet ꝓferre
sermonē. ¶ Primo mansuete benigne et
dulciter inchoauit dicens. Viri fratres et
patres audite zc. Et hoc s͡ʒm glosam vt al=
liceret auditores et diucius haberet copiā
loquendi. ¶ Secundo videns infusionem
olei pie ammonitōnis nisi ꝓdesse apposuit
vinū increpationis dicēs. Dura ceruice et
incircūcisi cordidib⁹ semꝑ spiritu sancto re
sistatis zc ¶ Tercio inhabitauit eū effectu
accēdente vnde positis genibus clamauit
voce magna dicens zc. glosa. Mira virtus
martiris qui in morte orat ꝓ occisorib⁹ suis
G ¶ Circa secundum nota ꝙ ei deus pater
tria ostendit. In quibus principaliter bea
titudo sanctorum consistit. ¶ Primū est an
gelorū associatio ibi. Ecce video celos ap=
tos. i. locum quem angeli inhabitant mihi
paratū vt eorum fungar consortio. Augu=
stinus. Felix anima que iam terrena reso=
luta carcere celestia libera petit que bonis
iam mixta spiritibus maiestati tue assistit.
et te incircūscriptum cernit. vbi iam nullo
metu mortis vel hostis afficit^r/sed incorru
ptionis munere letat^r. ¶ Secundū et ter=
cium est humanitatis et deitatis manife=
sta visio. vnde et ihesum stantē quantum
ad secundū. A dexteris virtutis dei q̄ntum
ad terciū. ioh. xvij. Hec est vita eterna zc.
Aug⁹. Cum venerimus ad te lumen fontez
vite lumen eternū et desideratissimā faci=
em tuā delectabiliter erit nobis satis im=
pressa simulqz sacietas. sed longe erit a siti
necessitas. et a sacietate fastidiū. quia et
saciati siciemus. et sicientes saciabimur.
Idem. Tanta est iocunditas lucis eterne
vt etiam si nō liceret in ea amplius mane=
re zc. ¶ D ¶ Circa tercium nota ꝙ filius ad
iuuit eum tripliciter scz sufficienter/habū=
danter/et supabundanter. ¶ Primo suf
ficiēter in tribulatōe dando paciētiā que
sufficit ad salutem. Joh. In pattentia ve=
stra possidebitis animas vestras. Unde di
citur. Lapides fortiter suscepit. ¶ Secun=
do habundanter dando benignitatē. Un=
de occisoribus non maledixit sed eos excu=
sans ꝓ eis orauit et gloriam sibi ostensam
eis ostēdit dicens. Ecce video celos aper=
tos zc. ¶ Tercio supabundanter dando
sibi exultationē. Unde lapides torrentes
illi dulces fuerunt. Unde cantatur. Gau=
dens suscepit lapides. Adimplens ill^o apo
stolicum. In tribulatione gaudētes. et pz.

xxvj ¶ Sermo tercius.

DOmine ne statuas illis hoc
peccatum. Actu. vij. Quia fe
stum ꝓthomartiris colimus
Ideo aliqua de martiribus
dicemus. ¶ A. ¶ Est autem
triplex martiriū. nobile. no=
bilius. nobilissimum. vel bonū/melius/opti
mum. Primū est voluntatis et operis. Se=
cundū volūtatis et n̄ opis. Terciū opis ꝛ
nō volūtatis Primū ē deo acceptuz et hoi
vtile. secundū plus. terciū maxime/Ido fe
stum sancti stephani qui fuit martir volun
tate et ope Primū est stephani post chri=
sti natiuitatem Secundū beati iohānis qui
fuit martir voluntate sed nō ope Non em̄
ip̄e defuisset gladio si gladius illi nō defu=
isset Terciū est innocentiū qui fuerūt mar
tires ope sed nō voluntate ¶ Primorum
autē qui sunt ꝓprie martires diuersa sūt ge
nera ¶ Primi ꝓ fide passionem ꝓtulerunt
quorum primus fuit stephanus vnde pro=
thomartir dicit^r Licet ei an̄ ip̄m diuersi ꝓ
diuersis pijs causis martiriū ꝓtulerunt vt
machabei ꝓ dēfēsione legis iohēs baptista

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0056
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt